

igitur nostri causa f̄ēs et firmissima Deus ab æterno cōstituit, illud
 in tempore Christus suscipere voluit, & nostræ saluti prodesse de-
 buit. Quo ad internā th̄ēs̄ in hoc Baptismo si e cernimus secreta
 divinorum consiliorum, arcana regni ceterorum, sacramenta divino-
 rum m̄ysteriorum, fundamenta divinorum beneficiorum, comple-
 menta saluberrimorum meritorum, & alia sive gratiæ, sive glo-
 riosa DEI Mediatoris adjumenta, vel animæ fidelis ornementa;
 sed hæc omnia nos homines, nostramq; salutem respiciunt.
 Quo ad th̄ēs̄ extēnam totus Baptismi principalis augustus pro-
 cessus, & omnis ejus œconomia, nobis miseris peccatoribus atq;e
 mortalibus, ex officio Christi Mediatorio, contigit, & juxta salutio-
 ferum DEI consilium nobis etiam contingere debuit. Augustus
 Sacrosanctæ Trinitatis ad Baptismum hunc Conventus, extēna-
 quadam œconomia celebratus, nostræ fidei, nostræ saluti desti-
 natus, ut Baptismus, per Sacrosanctæ Trinitatis præsentiam, ve-
 rum, & qvidem Novi Testamenti Sacramentum esset, DEUS
 TRINUNUS, tanq;am potior admirandæ Confœderationis
 pars, aliquando sensibiliter adesset, & imbecillitati fidei nostræ
 hæc illustris patefactio mirum quantum prodesset. O tremen-
 dum, & admirandum th̄ēs̄ Baptismalis statum, nobis undiq;q;
 destinatum, & dedicatum! Præterea Christi Baptismus noster est,
 nosterq; manet tñ γνώσει, cognitione non quidem naturali, sed
 supernaturali, non corporali, sed spirituali, non animali, sed fidu-
 ciali. Nostrum etenim est, principalem Christi Baptismum in-
 desinenter contemplari, humiliter admirari, diligenter meditari,
 fiducialiter venenari. Christianorum est, multo magis Theologo-
 rum, iodesinenter Christi Baptismum contemplari. Nam ejus-
 modi contemplatio nobis offert cognitionem τελεοῦσσος Φιλαρά-
 θεωπολογίας, χριστολογίας, μυστηρολογίας, σωτηρολογίας, &c
 nescio quæ non luculenter nobis affert. Hinc bene Veteres mo-
 nuerunt, & tam incredulis, quam fidelibus, hujus contemplatio-
 nis consilium non absq;ue fructu suggesserunt: ABI AD JOR-
 DANEM, ET IBI VIDEBIS. Contemplatio hæc parit adminis-
 trationem. Administrari, juxta Thomam p. 3: q. 15. art. 8. propriis acce-
 ptum, est ignoramus, T' administratio propriè est de aliquo novo & insolite

18. My